prijs ab vtrinq subscript, in omnibus et singulis eiusd scripti conditionibus, punctis clausulis, articulis, vadio, Ligamentis ac nexibus generaliter vniversis firmiter tenere, complere, exequi, et inviolabiliter obseruare. omnibusq et singulis eius contentis tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere. Scriptum praefatum ad Inscriptionem praesentem Roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad praedictam scriptum vicessim in toto referendo. Idq sub vadio similis summae Quinq Millium florenorum polonicalium, per partem parti cum successoribus vtriusq partis, ob non completionem contentorum scripti praefati omnium et singulorum, tam in parte quam in toto, toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Pro quo quid vadio modo praemisso ad soluend succubito, ac pro re aliqua principali, ex contentis scripti praefati non complem complenda, citata existens memorata pars vna praemissa contenens, siue eius successores, Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis, vel illius successorem, Ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, siue etiam Castrense Capitaneale Sanocense exhinc recessu suprascripto quod ad respondendum spectat mediante semper in primo citationis Termino, tanquam peremptorio stare, Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni praesenti satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successorum, Legatione intra vel extra Regnum seruicio militari ad munimenta ad exercitum vel alijs quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vltra proximos officiorum praefatorum Castren Capitan Praemyslien, siue etiam Castren Capitan Sanocen Terminos, Dilationem sibi non recipiendo. Nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia praedictis simplicibus, vel triplicatis euasionibus, suspensionibus fatalijs Iuris, praescriptione Terrestri, bello, conuentioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo Hic suis praesentibus personalibus Recognitis, ad praemissa actis mediantibus.

Dydynski Filiastro suo Cedit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Praemysliens

myslien Gnosus Franciscus de Dydnia Dydynski sanus mente et Corpore
existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis, quibusvis propriis
et Competen recedendo, stenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Iurisdi-
213 ctioni quoad Actum praesentem attinet, se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq subijciendo palam
libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et inte-
gro Iure suo, videlicet de Inscriptione certa sibi Recognoscenti per Gnosos Mi-
chaelem et Constantinum Dydynskie fratres germanos olim Gnosi Nicolai Dy-
dynski, cum Gnosa olim Theophila Zlodnicka procreatos filios sui vero Reco-
gnoscentis Nepotes, et successores Parentum suorum legitimos videlicet de sum-
ma Triumdecimillium Trecentorum Triginta trium florenorum polonicalium
ex summa Originali Quinq Millium florenorum polonicalium, per olim Gnosum
sum Lucam Franciscum Dydynski olim Gnoso Nicolao Dydynski patri praefa-
torum Gnosorum Michaelis et Constantini Dydynski stenliter de hac Luce
decessi in praefatos vero Gnosos Michaelem et Constantinum Dydynskie, Iu-
re Divino et naturali successione devolutae quatenus pro ipsorum succes-
sione spectabant, in se vero Recognoscentem per Ius Cessionarium devolu-
ta est, quae Inscriptio Cessionaria in Actis Terrestribus Praemysliensibus Feria
Tertia post Festum Sanctae Agnetis Virginis et Martyris in Anno nunc Currenti
facta et recognita latius sonat, tum de ipsa Inscriptione Originali Debitorea Ca-
strensi Sandomiriensi, quam et subsequenti Cessionaria Terrestri Praemysliensi, eiusmodi
praemissionum Iure Potestate, Competentiaq et praerogativa quavis, omnibusq et sin-
gulis Inscriptionis praedictae Originalis Debitoreae et subsequenti Cessionariae, atq Iuri
potenti Cessi Conditionibus, punctis, Clausulis, articulis, Vadiis, Ligamentis ac ne-
xibus generaliter universis, summae quoq memoratae utilitatibus, fructibus, Commo-
dis, emolumentis, obventionibus, attinentijsq et pertinentiis generaliter universis. Ni-
hil ex praemissis Iuris, proprietatis ac Cuiusvis Competentiae et praerogativae pro se Re-
cognoscente suisq successoribus aut quopiam alio reservando aut excipiendo verum
prout praemissa omnia et singula ipsummet Recognoscentem concernebant, ac eidem
legitime serviebant, Idem eorum et de facto Gnoso Francisco de Dydnia Dy-
dynski filiastro suo ex Gnosa Theophila Zlodnicka procreato, Cum accepta ab
eo pro praemissis omnibus plenaria et sufficienti satisfactione Cedit et

Condescendit

Condescendis, prout Cessit et Condescendit praesentibus. Omneq et integrum
Ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eiusdem Dnosi Francisci Dydyn
ski Cessionarij sui et ipsius successorum totaliter et plenarie transtulit, trans
fudit et incorporavit, prout transfert, transfundit et incorporat praesentibus
In quod quidem Ius praesens Cessum praemissorum omnium et singulorum praesentibus =
attiesionem, tam exprimere et defectu memoratus Regni Dnosus Franciscus de
Dydnia Dydynski, suprascripto Dnoso Francisco Dydynski filiastro Cessionario
suo et eius posteris dat et admittit coram officio praesenti realem intromissionem
et actualem pacificamq possessionem, per ministerium quemcunq Competentem
et Nobiles duos die quacunq voluerit officiose accipiendi. Per ipsum Dnosum
Franciscum Dydynski filiastrum et Cessionarium suum hoc idem Ius Cessum
praemissorum omnium et singulorum cum Universis eorum utilitatibus et emo-
lumentis Competentiisq et praerogativa quavis, tenendi, habendi, et possidendi, illisq
quiete et pacifice utifruendi, ad suosq et suorum successorum quosvis bene
placitos Usufructus libere et effectualiter convertendi Iuris Originalis latius
in se praemissa complectentis, praesentibus Cessi et transfusi vigore. Debetq et te-
nebitur memoratus Regni Dnosus Franciscus Dydynski pro se ac suos suc-
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus, ac summis pecuniarijs
quibusvis habitis et habendis, praenominato Dnoso Francisco Dydynski Cessionario
suo inscribit et obligat praesentibus, ipsum et eius posteros in dicto Iure
Cesso, summa ac bonis summa eadem oneratis praemissisq omnibus praesentibus
transfusis, et ratione eorundem omnium praesentibus attiesionem, ab omni et
quavis impetitione Iuridica, quarumcunq personarum, Cuiuscunq Conditionis
Status et Sexus Cuiusvis existentium ex re persona et occasione sui Recognoscentis
et suorum successorum Iurisq praesentis Cessi tantummodo et non ultra exorientium
in omni Iudicio et officio Regni semper toties quoties opus fuerit tueri defen-
dere evincere intercedere et eliberare, indemnemq cum posteris reddere
nec non hoc idem Ius praesens Cessum, summam ac bona summa eadem
onerata praemissaq omnia praesentibus transfusa ab omnibus in genere
Iuribus, et Inscriptionibus prioribus et posterioribus, super eadem praemissa
omnia praesens condescensa Cuiusvis personarum modo quocunq Itidem ex
re persona et occasione sui Recognoscentis suorumq successorum tantum-
modo

modo et non ultra factis et faciendis, nec etiam a quibusvis Citationibus
super eadem praemissa omnia per praesentes Cessa importatis et importandis
Luenis denique et perluenis, praescriptionibusq̃ Iuris quibusvis in quocunq̃ pun-
213 cto et gradu Iuris dependentibus, et in quovis Iudicio et officio Regni obten-
2140 et obtinendis ac super praemissis omnibus praesentibus transfusis in eadem ex
re persona et occasione sui Recognoscentis, suorumque successorum tan-
tummodo et non ultra perductis et perducendis emundare et eliberare
mundaque et libera semper facere, ac etiam Intromissionem praefatam
coram officio praesenti admissam in fundo bonorum praefatorum prae-
sentibus abscessorum, dum per Mtatem et Nobilitatem officiose requi-
retur non denegare, imo tenebitur eandem libere dare, et effectualiter
admittere. Dataque et admissa eadem possessionem et usumfructum prae-
missorum omnium praesentibus transfusorum, quovis modo tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas non impedire nec adi-
mere, ipsumque Cessionarium suum et ipsorum posteros in praemissis omni-
bus, praesentibus transfusis nullo modo inquietari, ita ut hoc idem Ius
Cessum summam ac bona summa eadem onerata praemissaque omnia praesentibus
transfusa idem Cessionarius suus, cum suis posteris quiete et pacifice
praesentis Inscriptionis Cessionariae rigore tenere, habere, et possidere
queat, illisque uti frui possit. Idque sub Vadio Trium Millium Trecentorum
Triginta trium florenorum polonicalium, per eundem Recognoscentem
sive illius posteros, suprascripto Cessionario suo, sive illius successoribus
ob non Complementionem praemissorum omnium et singulorum, tam in parte
quam in toto, toties quoties opus fuerit ad solvendum succumbendo.
Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac re aliqua
principali ex praemissis non completa Complenda Citatus existens memo-
ratus Recognoscens, Generosus Franciscus de Dydnia Dydyński cum suis poste-
ris, Ad Instantiam suprascripti Generosi Francisci Dydyński filiastri et Cessi-
onarii sui, vel illius successorum, Ad officium Castrense Capitaneale
Sandomiriense, ex tunc recessu suprascripto quo ad respondendum spectat
mediante, semper in primo Citationis termino, tanquam peremptorio sta-
re

re Iuri parere, respondere, vadium praefatum luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus. Illum Terminum primum peremptorium et alios omnes exinde consequentes, Causae eius Terminos, semper peremptorios vera infirmitate pro maiori, minorennitate successionem, legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad civitatem, vel alijs quibusvis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, Ad Quietationem praeterea ultra proximos officij praefati Castrensis Capitanealis Sandomiriensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones, appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia per nis simplicibus, vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus, fatalijs Iuris, praescriptione Terresti, bello, Conversioneq, ac alijs omnibus Iuris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo alio quovis evadendo. Hac sua praesenti personali Recognitione ad praemissa omnia mediante.

2141

Idem eidem Filiastro suo Cedit

Comparens personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Sandomiriensibus Generosus Franciscus à Dydnia Dydynski, sanus mente et Corpore existens, à Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Sandomiriensi Iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo, palam libere, publice, ac per expressum recognovit. Quia ipse de omni et integro Iure suo videlicet de Inscriptione erga sibi Recognoscenti per Generosum [illegible] Dydynski Nepotem sui Recognoscentis super summam Mille sexcentorum sexaginta sex florenorum et grossorum Viginti ex summa Originali Quinq Millium florenorum Polonicalium per Generosum olim Lucam Franciscum Dydynski, olim Generoso Nicolao Dydynski Actis Castrensibus Capitanealibus Sandomiriensibus feria tertia post festum Assumptionis in Caelum Beatissimae Mariae Virginis in Anno Millesimo Sexcentesimo Quadragesimo Quinto inscripta in Generosum vero Franciscum Dydynski Nepotem sui Regnans

perdinans